pdictum Tisenhausium armata manu petijsse eiusdemq
fructa omnis generis recepisse Servitores insuper eiusdem
captivos duxisse, et quaestionibus subijcere voluisse alijsq gra-
vissimis iniurijs quas animadversione ex legum pscripto digna
sunt pnominatum Tysenhausium affecisse quae si ita sunt me-
rito nos male habent et graviter offendunt Ideo Sinc. tuam his
literis nris hortamur eidemq Mandamus ut in pdicta bona de-
scendat illaq vigore Decretorum et rei iudicatae pnominato
Tisenhausio possidenda tantisper tradat quoad Berlinus
pdicto Tysenhausio in omnibus in eisdem decretis conten-
tis satisfaciat. Tum etiam ut ratione incendij et contemptus
mandatorum nostrorum in pfatum Berlinum eiusdemq complices
et auxiliarios iuris ordine et legitimis inquisitionibus p-
missis animadvertat et quod iuris fuerit in eos statuat pr-
dictumq Tysenhausium in possessione bonorum adiudicatorum
tueatur atq defendat Ad quam rem recte perficiendam Ge-
neroso Mathio Leniek Capitaneo nro Nowogrodensi tanquam
ei cui negocium hoc notum est Sinc. T. si opus fuerit adiu-
mento sit liris nostris mandavimus Factura Sinc. tua rem
gratia nra dignam et officio suo convenientem

Mandatum ad Leniek

Sigismundus etc.

Generoso Mathio Leniek Capitaneo nostro Nowogrodensi Fid.
nobis dilecto gram nram Regiam Generose Fid. nobis dilecte
Jam aliquoties Fid. Tuae demandata fuit per literas anteces-
soris nostri et nostras etiam Decretorum Reverendmi in Chro
Patris Domini Georgij Cardinalis Radziwili Regij in Livonia
locum tenen, necnon Generosi olim Stanislai Pekoslawskij
Generalis itidem per Livoniam Commissarij inter Nobiles Henri-
cum a Tisenhaus de Hastfer et Georgium Berlinum latorum
exequutio Avariam autem intelleximus Berlinum denuo non
tantum vi et armis sed etiam incendijs exequutionem per Fid.
Tuam iuris ordine factam violasse ideo huius rei animadver-
sionem et ulteriorem realemq exequtionem Magco Georgio Fa-
rensbeck Districti Verden sub cuius iurisditione ea bona es-
se dicuntur demandavimus Cum autem ea res Fid. T notis-
sima sit Mandamus eidem ut primo quoq opportuno tempore
eundem Georgium Farensbek conveniat eum de toto negocio
informet et in perficienda rei totius iudicatae exequtione si opus
fuerit adiuvet Pro gra nra et officij sui debito